

ANGVL ANGLORVM CONDITOR.



ANgul filius extitit Humbli uiri fortissimi apud Teutonas. Hic cum uideret fratrem suum Damnum gentem Danorum cōdidisse, ipse ulterius profectus, nauigio partē Oceani intravit, ac in Angliæ insulam peruenit, atq; eam de se Angliam cognomi nauit. quanquam illa postea Britannia dicta fuerit. Id quod etiam uenerabilis Beda, in Anglia natus, de sua patria literis prodidit. Itaque is magnum sibi nomen ob res præclare gestas, ubiq; terrarum apud posteros comparauit. Floruit is circa annum mundi, bis millesimum septingentesimum septuagesimum, Saxo, Gram. Hist. Danicæ lib. i.